DE NUMIS ACHAEMENIDARUM

ARAMAEO-PERSICIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ERNESTUS OTTO FRIDERICUS HERMANNUS BLAU

NORDHUSANUS

SOCC. ORIENTALL. GERMANICAE ET CONSTANTINOPOLITANAE SOCIUS.

LIPSIAE MDCCCLV

SUMPTIBUS FR. CHR. GUIL. VOGELII.

TYPIS GUIL. VOGELII, FILII.





Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO DOCTISSIMO

OMNI ORIENTALIUM LITTERARUM GENERE LAUDATISSIMO

AEM. ROEDIGERO

THEOL. ET PHIL. DOCTORI, LL. ORIENTALIUM IN UNIVERSITATE LITTERARIA HALENSI PROFESSORI PUBL. ORD. ETC. ETC.

HOC STUDIORUM SPECIMEN PIETATIS ERGO

CONSECRATUM ESSE VOLUIT

AUCTOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vastae antiquitatum asiaticarum parietinae quas praeteritorum saeculorum mucore purgare et quasi emuscare aetatis nostrae ambitio est, nusquam prosperius interlucari videntur quam ubi antiquitus latebant res ac litterae *Veterum Persarum*. Ubi rudera erant et fragmentá, ibi iam laete crescunt segetes eorum qui *zendicas* sacras huius populi litteras colendas sibi sumpsere; ubi tenebrae Regum et populorum gloriam atque ignominiam obtegebant, eo iam lumina immiserunt, qui *cuneatus inscriptiones* ingenio suo tetigere; ubi incerta diversarum dialectorum arcana recondita erant, inde profundum thesaurum rimati sunt, qui monumentis *Parsicis* et *Pehlevicis* vacarunt. Libri scripti, imagines et inscriptiones lapidibus incisae, nummorum uberrima copia, omnia undique conveniunt, ne quid desit, quo Parsarum antiquitates illustrentur.

Desunt tamen haud pauca: vix coepta est messis per agros istos colligenda, nedum confecta.

Inscriptionum litteris cuneatis scriptarum genera multa sunt: tria saltem quae trilingues Regum Achaemenidarum inscriptiones offerunt. Horum *unius* tantum indolem iam ita cognoverunt, ut sive agitur de lingua quam reddit, sive de rebus quas narrat, ad certum aliquod iudicium perventum sit: idque genus *persicum* esse volunt. Reliqua vero, secundum et tertium genus minus caute, minus erudito, minus fauste tractata sunt. Altera ab alteris tentantur et examinantur: in his tamen nihil adhuc certi, nihil manifesti, ubi quanam usi sint lingua quaeris. In ipsis principiis ingenia dissentiunt: quae bodie, Holtzmannio autore, Arica cum Semiticis credebamus, cras Norrisius pro Turcicis-Finnicis vendit [1]); quae Semitica esse fere necesse videtur, vel post Rawlinsones, Sternios, Oppertos nondum mere Semiticum sapiunt [2]): minimis additis momentis altera lanx vergit, altera tollitur.

Itaque varias in vasto Persarum Regno linguas exstitisse scimus: quae et quales fuerint ignoramus. Ignoramus id quoque, utrum lapidarius iste sermo in communi hominum consuetudine eo tempore viguerit, an sacra quaedam et obsoleta insit dialectus, a nemine intellecta nisi doctis atque sacerdotibus [3]). Ecce, hercle, Nemesin praematuram! Uti nosmet ipsi eos, qui post mille annorum spatium commentabuntur Germanorum opera et profana et ecclesiastica, Regumque et Principum monumenta publica, *latine* conscripta, stupebuntque quod adeo floruerit latinus sermo apud populum minime Romanum, — uti nos, inquam, posteros in errorem induxerimus, ita nos deludunt saxa Bagistanensia Persepolitana cum perplexis cuneorum suorum vinculis!

Omissa igitur ambigua inscriptionum illarum area, e qua omne genus responsi elicere facile erat, alii aliam ingressi sunt viam, qua ad indaganda Veterum Regni Persici linguarum

Digitized by Google

fata ac vestigia adducerentur. — Arbitrati enim, quorumvis monumentorum certissima fideque dignissima, et praecipua linguae populorum, in quorum usum transibant, testimonia esse *numos*, compiures nuper antiquiorem linguae Persicae statum e numis cognoscere sagaciter studuerunt, modo a saeculis inferioribus, Sassanidarum temporibus orsi indeque retro filum secuti, modo ipsa antiquissima Persarum Achaemenidarum monumenta numismatica aggressi. Ex illis quidem *Mordtmannium* [4]) laudo, ob ubertatem atque subtilitatem operis quod de numis pehlevicis scripsit; horum vero ducem atque cardinem *Luynesium Ducem* [5]) agnosco. Neque vero ille, quod sibi proposuerat, prorsus absolvit, immo se ipsum, quae dialecti Pehlevicae propria sit indoles, nescire fatetur; neque hic intervallum, quo Achaemenidarum inscriptiones a recentioribus monumentis distant, omnino complevit.

Ultra et citra fundamenta jacta, pilae anguiares erectae sunt: deest pons, quo fluctuans reliquiarum linguae, qualis sub Achaemenidis, Seleucidis, Arsacidis fuit, materia consternatur.

Tale vero opus quo felicius perageretur, necesse esset, omnes illorum Principum res prorsus aliter tractari et illustrari quam adhuc factum est. Arsacidarum — ut exemplis utar — numos Graecos quidem diligenter examinavit Bartholomeius [6]); dolendum vero quod eos neglexit, quibus persicae litterae inscriptae sunt: qua in re aeque deficit aut minime sufficit St. Martini historia Arsacidarum [7]). Quem vero Seleucidis provinciarum persicarum imperium tenentibus, litterae Persicae occupaverint locum, id paene ignoramus: novissimo demum tempore inscriptiones cuneatas Seleucidis quoque deberi, a Rawlinsone, litteris ad Athenaeum Londinense datis, docemur.

Quorum studiorum progressus et incrementa ut optimis ominibus prosequor, ita diu meum esse iudicavi, in Achaemenidarum rem monetalem conferre operam atque videre quantum lucis ab hac parte veniat quaerentibus, *quo sermone provinciarum Regni Persici incolae illo tempore usi esse videantur.*

Nonnullos eius aetatis ac generis numos ipse tractavi in Voll. VI. et IX. Annalium Societ. Orient. Germanicae [8]): nunc retractavi, multa mutavi, studia mea data hac scribendi occasione virorum doctorum iudicio denuo submissa volui.

Quantum temporis negotiis a munere publico mihi impositis salva conscientia subducere poteram in his plagellis conscribendis consumpsi, veniam tamen ob eruditionis exiguitatem ab iis peto, qui Constantinopolitanas res his diebus minimo favore litteris, mecum credere velint.

Numorum ab Achaemenidis cusorum duo exstant genera: unum *Regios* complectitur, alterum *Provinciales*. Regios appellaverim qui Regis simulacro insignes sunt: eorum duae sunt classes. Priori adnumerem notissimos illos, qui ab una parte „*Regem sagittarium alterutro genu innixum*“ ostendunt, ab altera plerumque rudes sunt et sine forma perspicua, a Numismatologis *Daricos* recte appellatos. Aurei sunt atque argentei: ad unum omnes inscriptione carent. Nam, quae Gesenius post Mionnetum de Daricis peculiari quodam charactere semitico

Digitized by Google

inscriptis fingit [9]), ea ad numos ab hoc genere prorsus alienos referenda sunt. Quod vero solorum Regum privilegium hos daricos cudendi interdam alii sibi arrogavere, uti Pharnabazus ille, qui daricos aureos imitatus sui nominis monogramma in iis collocavit [10]), — id nonnisi per nefas factum est. Certe linguae veteris vestigia indagantibus nobis hi numi parum proficiunt.

Alteriae classis insignia sunt a parte adversa „*Rex curru ternis equis juncto vectus, auriga comite, subsequente pedisequo*“, ab aversa vero „*triremis, infra quam aqua undans conspicitur*“. Hi modo vacui sunt, modo litteris signati: quot mihi innotuerunt, tot diversae formae. Unum Parisiensem e Mionnato repetiit Gesenius [11]); alterum Londinensem Layardus publici juris fecit [12]); tres Berolini in Museo Regio vidi quorum duos Pinderus [13]) catalogo suo inseruit; alius exemplum plumbo impressum C. L. Grotefendio Hanoverano debeo, duo asservantur in thesauro B. Tecconis, Sardin. Regis Legato ad Portam Ottoman.; unum denique Armenus quidem numorum antiquorum venditor, venalem nuperrime mihi obtulit (delineat. in Tab. I. no. 1).

Ubi hic supra triremem habet litteram ז, ibi aliis exemplis aliae sunt modo solitariae modo binae, ב, בז, בע, ע, עב, quae quid significent cum ignarissimis ignoro. Supra equos vero, ubi in nostro עב apparet, alia quidem alias inscriptiones, duo vero exempla quatuor litteras habent, quas haud secus ac מזדי legi posse, quicunque Gesenii exemplar adierit, facile agnoscet. Litterae evidenter semiticae originis, phoeniciis simillimae sunt: quum autem nusquam in universo linguarum Semiticarum orbe ullum exstet vocabulum quod aptum his litteris suppeditet sensum, videant docti, an iis insit adiectivum aliquod zendicum *mizdya*, formandum a *mizda*, *mîʒda*, quomodo derivantur *kâvya* regius a *kava*, *gaêthya* terrestris a *gaêtha*, *tûirya* turanicus a *tûra*, *nairya* virilis a *nara*, *viçya* domesticus a *viç*. — *Mizda* [14]), neopers. مزد, intime cognatum cum graeco *μισθός*, *mercedem*, *pretium* significat, praecipue stipendium militum, unde neopers. مزدبر significat *μισθοφόρον*; *mizdya* igitur *mercenarius* est, *μίσθιος*, sc. numus quo militum conducticiorum stipendia solvebantur. Fortasse haec species, cui Regis ipsius imago impressa est, Satellitibus, Regis corporis custodibus dabatur.

Ceterum cum aliqua veri specie eorum patriam Babylonem existimabis, tam propterea quod inter tres Achaemenidum Regias nec Susa, neque Ecbatane, sed sola Babylon navis signum numis imprimere potuit, quam quod maxima eorum pars ad ripas Euphratis prope Babylonem reperitur [15]).

Praeter Regis imaginem hi numi cum Daricis id quoque commune habent, quod eidem atque illi systemati monetali accommodati sunt. — Erat enim apud Persas ratio monetaria duplex, altera Persica, Regiam dico, altera Babylonica, quam in Provinciis vulgarem fuisse probabile est. Illius drachma 78 granorum parisiensium seu 4,$_{14}$ grammatum pondus habebat, huius autem 104 gran. sive 5,$_{52}$ gramm.: itaque Darici aurei, omnes optimae notae, didrachma sunt monadis persicae, regiae [16]). Pro eadem drachma, quamvis proprie auro notando inserviret, interdum etiam argentei modificati esse videntur. Eorum enim, de quibus nunc agitur, numorum, omnium excepto uno subaerato Berolinensi argenteorum, pondus medium e sex exem-

Digitized by Google

plis a me computatum grammatum 25, ₄₈, cum noutra drachma coneinit, nisi eos pro hexadrachmis ad drachmae aureao pendus aestimatis habemus. Quodsi paulle maioris ponderis sunt quam oportebat, id fortasse inde explicabis, qued temporibus, quibus aurum rarius et carius essot, collybus, quem dicunt, quodammodo compensandus erat, ne quid detrimenti cives atque milites paterentur. Quando enim aurum novies argento plus valebat, tria hexadrachma (18 drachm.) unum aureum daricum (2 drachm.) aequabant; quo vero tempore aurum docemplice pretie argentum superabat — id qued apud Porsas V. et IV. saeculi locum habuisse constat [17]) — tria hexadrachma non amplius sufficiobant uni aureo (perinde atque apud nos quinque taleri argentei minimo aequiparant unum aureum, quamvis numero quinarie notatum), eamque ob causam cuiusque hexadrachmi pendus nona parte augebatur ($3\frac{1}{3}$ hexadr. = 1 daric.).

Deniquo nescio an Regiis numis adnumerandi sint ii, qui Luynesio [18]) autore Bogae sive Bagaeo Satrapae attribuuntur, quorum unus Regem Persarum cum leone dimicantem exhibet; nec minus ille Abdhadadi, in quo et ipse Rex ornatu regio apparet. Sed quum utrorumque exempla nimia incertae fidei sint, non babeo, quae de iis preferam.

Uberius de eo genere disputandum est, quod numerum *provincialium* nomine designare placet, cum neque ipsius Regis iussu emissi neque eius imagine insignes sint, sed provincialium magistratuum vel civitatum autoritate cusi. Provinciis enim in Persarum ditienem subactis onera pecuniaria a victoribus imposita erant duo: exigobantur ab iis non solum *tributa*, quae ad splendidissimum Regum atque Satraparum apparatum aulicum redirent, sed etiam *stipendia*, unde cohortes Regiae et provinciales, singularum regionum praesidia, alerentur [19]). Atque tributa illa a quibusdam provinciis, maxime Orientalibus, auro argentoque *infecte* solvebantur [20]), quo demum in officinis Regiis Regios numos, quos supra dixi, factos esse existimaverim; a plurimis tamen, occidentalibus puta, ubi artes et litterae prosperius florebant, aurum argentumque *signatum* dabatur: uoc fieri peterat quin exercituum alenderum causa praeter ea quae terra gigneret, aliqua pecunia signata numeretur. Imperatarum pecuniarum quotannis cogendarum modus is videtur fuisse, ut singularum provinciarum singulae civitates suam quaeque ratam partem crearent, et in aerarium publicum conferrent. Neque vero penes Satrapas seles ius fuit numos cudendi; immo peculiares in provinciis erant magistratus rei numariae praefecti, *gazophylaces*, a Rege constituti, ne nimis opum in Satraparum manibus cumularetur [21]). Hi erge rarius numos cudendos curarunt. Saepius vero, quande ad bella extraordinaria gerenda magna pecunia opus erat Regibus, potestas illa collata esse ducibus exercituum videtur, utpote qui praecipua apud milites autoritate fruerentur atque in iustum numorum pretium quasi fidem suam interponerent. Caeterum e provincialibus officinis aurum rarissimum tantum emanabat, multo maior pars argento consistebat, aes fere nunquam admittobatur.

His praemonitis iam secundum provinciarum ordinem enumerem paucisque adumbrem singulas numorum classes, quae preposito meo lucem afferre possint.

Digitized by Google

A. Assyria cum Mesopotamia.

Cl. I.

Æ. Tanais solio sphingibus sustento insidens, veste Coa induta, tiara tecta, florem loto similem tenens)(Minerva victrix seu Tanais galea et clupeo armata, iuxta ramus. (V. Zeitschr. d. D. M. G. IX. tab. I, no. 12.)

Cl. II.

Æ. Apollo Chomaeus s. Omanus libationem fundens, ad sinistram)(idem Deus arcitenens, ad dextram (v. Luynes Essai pl. I. II).

Inscript. in I: עברים.ס (?)

Cl. III.

Æ. Apollo Chomaeus s. Omanus libans et arcitenens)(Minerva victrix seu Tanais; infra malum Punicum (v. Luynes pl. III, 2. 3. 4. 6).

Inscr. in I: חבלונינוי' *Tabalus Ninevae.*

Cl. IV.

Æ. Minerva victrix s. Tanais)(Apollo Chomaeus s. Omanus (v. Luynes pl. III, 1. 5. 7. VII, 5. 9. Zeitschr. d. D. M. G. IX, tab. I, 1—11).

Inscr. in I: variae litterae solitariae.

Inscr. in II: חבלונצבן *Tabalus Nisibidis;* in nonnullis litterae solitariae.

B. Cilicia.

Cl. I.

Æ. Leo cervum taurumve devorans, interdum additis octo turribus, interdum leo solus)(Baal Tarsensis (v. Luynes pl. IV. V. VIII—X).

Inscr. in I: מזדי *stipendiarium;* interdum addito כס *argentum.*

Inscr. in II: בעלתרז *Baal Tarsensis* et litt. solitariae.

Cl. II.

Æ. Leo taurum devorans, infra octo turres)(Baal Tarsensis (Luynes pl. III. IV. Abdzohar).

Inscr. in I: מזדי זי על עבדזהראו חלך *stipendiarium, quod per Abdsoharáum, Ciliciae.*

Inscr. in II: בעלתרז *Baal Tarsensis* et litterae solitariae.

Digitized by Google

Cl. III.

Æ. Ducis militum Persae modo figura cum arcu et symbolo Auramazdae, modo caput galeatum)(Baal Tarsensis vel Arethusae caput (Luynes pl. II).

Inscr. in I: תרנמו *Tirinamus.*

Inscr. in II: בעלתרז *Baal Tarsensis* [22]).

Cl. IV.

Æ. Ducis militum caput galeatum)(modo Baal Tarsensis, modo Arethusae caput (Luynes pl. I).

Inscr. in I: פרנבזו חלך *Pharnabazus Ciliciae.*

Inscr. in II: בעלתרז *Baal Tarsensis.*

Cl. V.

Æ. Baal stans similis Tarsensi)(Auramazda supra nudus, infra alatus, ut in monumentis Persepolitanis (Luynes pl. I).

Inscr. in I: תריבזו *Tiriabazus* et litterae solitariae graecae.

Inscr. in II: deest.

C. Pisidia.

Cl. I.

Æ. Duo luctatores nudi)(Funditor nudus, iuxta triquetrum. (Luynes Numism. Cypriot. pl. VII, 6. Mionnet, suppl. VII. pl. V, 3.)

Inscr. *ΕΣΤFΕΔΙΙΥΣ* i. e. *tributum* et litterae solitariae.

Cl. II.

Æ. idem typus. (Pinder Mus. Berolin. T. I.)

Inscr. *ΕΣΤFΕΔΙΙΥΣ*

et: *ΜΕΝΕΤΥΣ|ΕΔΥΨΑ*

Cl. III.

Æ. idem typus. (Inedit. cab. Meyer.)

Inscr. *ΣΤΛΕΓΕΥΣ* i. e. *Selgensis.*

D. Pontus (Sinope).

Cl. I.

Æ. Caput feminae s. Deae)(Aquila piscem rapiens (v. Luynes, Essai XII, 1. 2.).

Inscr. in I: litterae solitariae.

Inscr. in II: עבדמני *Abdmenius.*

Digitized by Google

Cl. II.

Æ. Idem caput ut in cl. I.)(eaedem figurae ut in cl. I. (v. Luynes V, 4.)
Inscr. in I: ut supra.
Inscr. in II: ארירדת *Ariodates.*

Cl. III.

Æ. Gryphus cervum devorans)(Baal Tarsensi simillimus (v. Luynes pl. V, 1—3).
Inscr. in I: ארירדת *Ariodates.*
Inscr. in II: בעלפרנך *Baal-Pharnaces.*

Cl. IV.

Idem typus (e mea collectione descr. Tab. I. no. 4.).
Inscr. זרדש(י). *(Ja)zada primus.*

Omnes hos numos ad Achaemenidarum tempora referendos esse e duabus maxime causis liquet, primum enim e figuris Deorum, hominum et animalium talibus quales lapidaria Regum Achaemenidarum monumenta et Graecorum scripta illi aetati vindicant, deinde vero e nominibus propriis virorum congruentibus cum iis quae ipsis illis saeculis apud Persas vulgaria fuisse certo scimus, ut Pharnabazi, Tiriabazi, Tabali, Ariodatis. Pisidicos quoque huic generi adnumeravi, quoniam eorum pondus et forma et ars miram cum ciliciis ostendunt necessitudinem: Pisidiae vero eos adscribere malui quam Aspendo Pamphyliae, quia *Selgenses* numi graece inscripti prorsus easdem figuras ab utraque parte exhibeant. Nisi fallor, Pisidae his numis utebantur quum post expeditionem a Cyro Artaxerxis II. fratre factam Persis obtemperarent et tributa solverent [23]). Certe antiquiores sunt Assyriis quos classi A. III. et IV. assignavimus, nec minus Cypriis, quos Luynesius Evagorae Salamiaii aetate cusos fert [24]). Haud raro enim Pisidicum argentum quod optimae erat notae et tributi gratia ad aulam Regiam perveniebat, inde divulgatum in provincias vicinas, ab harum magistratibus nova impressa forma relictum et recusum est: compertumque habeo pisidicos saepe una cum argenteis Nisibenis et ciliciis reperiri [25]).

Ninevensium et Nisibenorum Tabali numorum aetas est Artaxerxis II. regnum. Tum enim Assyria cum Mesopotamia coniuncta uni satrapae commissa erat [26]): Tabalumque primum Ninevae, tum Nisihide sedem habuisse inde cernitur, quod Ninevenses omnino antiquitatem Nisibenis superiorem, formis rudioribus conspicuam prae se ferunt. Magni in his momenti est, quod Tanaidis simulacrum, quale in hisce numis fingitur, ad instar *Athenae* statuae in Parthenone collocatae, Phidiae operis, facta est. Itaque anno 440 a. Chr. hoc genus prius esse nequit. Verum, quum bello Peloponnesiaco annisque insequentibus multum fuisset Persarum cum Atheniensibus commercium, tunc statuae illius praeclarissimae fama atque cognitio ad Regem magnum, grae-

Digitized by Google

carum artium iitterarumque studiosissimum permeavit. Iamque recte intellexeris, quae inscriptiones persicae scriptoresque fide dignissimi tradunt, Artaxerxem II. Mnemonem primum omnium Tanaidi statuam posuisse, quam antea non haberet [27]). Ubi homines obscuri, inscriptiones lacunosae sunt, numi grave perhibent testimonium.

Classium A. III. et IV. aetatem paule antecedit numus, qui classis primae unicum est exemplum. Denique secundam classem, cuius inscriptioni Luynesius nomen Syennesis inesse arbitratus est, et ipsam Nisibide patria oriundam existimaverim aevoque haud ita remoto a ceterorum Nisibenorum aetate modo constituta.

Cilicia inter Asiae minoris provincias divitiis praecipue excelluit: tributorum maiorem partem ad reditus Regios contulit, centum vero et quadraginta talenta, i. e. plus 500,000 didrachmorum argenteorum sustinendis equitum turmis ibi stativis quotannis consumpsit [28]). Eius regulus Syennesis Cyro contra fratrem bellum paranti bis pecuniam maximam subministravit [29]). Bellorum, quae Artaxerxes II. et III. cum Cypri Regulis diversis vicibus gessere, omnis apparatus atque initia non potuerunt non fieri in Cilicia et Phoenicia, quippe quae solae portus offerrent, unde Cyprum traiiceretur. Noli ergo mirari, quod eius provinciae plures quam aliarum numi ad nostram aetatem pervenerint.

In solum trium expeditionum, quas Artaxerxes II. inde ab anne 390 a. Chr. usque ad 381. contra Evagoram Salaminium suscepit [30]), ingentem sumptum a Persis quindecim millia talentorum impensa feruntur. Quorum e numero haud dubito quin sint Pharnabazi, Tiriabazi, fortasse Tirinami quoque numi. In una enim illarum expeditionum per tres annos (385—383) summus Persarum Dux Pharnabazus fuit [31]), qua, propter ortum inter eum et Iphicratem dissidium ad irritum redacta, extremis duobus annis (382. 381) acrius continuatum est bellum Tiribazo (s. Tiriabazo) et Oronte ducibus [32]). — Utriusque expeditionis exordia in Cilicia capta sunt, quae provincia et ipsa e manibus Evagorae eripienda erat [33]): itaque litterae *T* et *ΣΟ* in Tiribazi numis conspicuae Tarsum et Soios, urbes celeberrimas, indicant, et Pharnabazus suoe Baalis Tarsensis imagine Ciliciaeque nomine חלך ornavit, quod cave ne uno Luynesii exemplo ductus [34]), pro Pharnabazi quodam titulo מלך habeas. Immo affirmare possum, ibi quoque ubi Luynesius מלך, Gesenius et quondam ego כלך legendum censuimus, חלך legendum esse, errore solum inde nato, quod litterae Chet crus sinistrum inferius minus bene expressum erat. Mei thesauri exemplum, quod Tab. 1. no. 2 curavi delineandum, hanc rem optime probabit. — Ceterum Pharnabazi galea habitusque omnino graecus Graecorum conducticiorum ducem, Tiriabazi insignia prorsus persica Persam monent.

Tirinami numi ad aetatem paule superiorem referendi sunt, forte ad primam, a. 390 contra Aegyptios et Cyprum susceptam expeditionem, cui Artaxerxes Rex ipse intererat. Tum quidem Autophradates Lydiae, et Hecatomnus Cariae satrapae exercitui et classi praeerant: Cilicia pecuniam praebebat, ut solebat. Hecatomnus nimirum mala fide corruptus non solum suarum copiarum stipendia inde cepit, sed Evagorae quoque clanculum pecuniam subministravit, qua militibus mercenariis conductis, *Ciliciam* a Rege abalienaret [35]).

Digitized by Google

Reliquos Ciliciae numos, quos nec galea, neque arcus, nec sagittae Ducis belligerantis distinguunt, temporibus tribuerim, quibus Ciliciae civitatibus equitatus indigenae nutriendi munus, a Rege magno tributi instar impositum, communi erat vinculo. Suos unaquaeque civitas producebat numos aerario communi administrandos: cui qui praefectus erat thesaurarius, suum quoque nomen voce על introductum (cf. simillimum Arabum على يدى [16]) interdum numis inscripsit, ut Abdzoharaus ille, qui secundum Luynesii opinionem Artaxerxis II. aequalis fuerit.

Quemadmodum in his leo cervum taurumve devorans Persarum imperium in provincias Asiae minoris dominantium significat, sic gryphus in Sinopensibus. Sinope enim, antea civitas libera et graeca, circa medium quartum a. Chr. saeculum Persarum ditioni se permisit [17]). Quo facto numorum quoque nota a magistratibus persicis immutabatur, ut inscriptiones persicae imperiique persici symbola reciperentur, dum antea graecae litterae et figurae minime persicae iis inessent. A graecis ad barbara quasi transitum indicant et ipsi fabricam fere barbaram sapiunt rarissimi illi Sinopes numi, qui litteras quidem graecas, at in morem Semiticum inversas exhibent (quorum unum in D. Meyeri Smyrnensis thesauro asservatum vide infra tab. I. n. 3).

Primus qui post Graecorum principatum litteras persicas numis suis inscripsit, Abdemenius fuit, Syrus credo natione, Sinopae praefectus monetalis. Cuius successor, Ariodates, Persa, postquam notam, quae illi placuerat, per aliquod tempus imitatus est, primus insignia quoque persica fecit, simillima illis, quae apud Cilices Persarum dominatum praedicabant. Eadem insignia conservavit memorabilis ille numus, quem supra D. cl. IV descripsi, infra Tab. I, no. 4 delineavi: deest tamen Ariodatis nomen, ut haud sciam an paulo post eum collocandus sit. Quidquid vero de horum numorum aetate statues, certum est, Sinopenses Alexandri Magni temporibus Persarum Regi fuisse subiectos.

Leonem sive gryphum taurum cervumve devorantem significare Persarum Regem in provincias subactas dominantem supra dixi. Aliter de hac re *Lassenius* [18]) statuit, qui in simillimis sculpturis Persepolitanis certamen inter summum malum (leonem) et summum bonum (taurum) reperisse sibi videbatur; atque proxime ab eius opinione abest *Schlottmannus* [19]) qui leonem ubique, vel in numis Phoeniciis, mali ominis esse contendit. At cum nostris numis haec non conveniunt. Quid enim quod hic taurus cervusque tantum non resistunt leoni, sed succumbunt? num ergo summum bonum ab Ahrimano vincitur? Quid, inquam, quod in gemma meae collectionis quadam (quam vide delineat. infra Tab. I, 5) leo cervum iam ita devoravit et laceravit, ut nihil nisi caput cum cornibus restet? Num ita Auramazda e certamine cum Ahrimano inferior discessit? Credat alius, non ego, tale quid Persas in numis suis expressisse. Immo leo regiae potestatis ac maiestatis signum est: tauro vero et cervo provinciarum fecundarum incolae agricolae, humiles, laboriosi indicantur. Revera enim leo apud Persas nostrae aetatis [20]), praecipue in numis pro regia maiestate usurpatur, taurus vero in libro Zend-avesta illam personam agit [21]).

Dicere possis aequo iure, leone nationem Aricam, tauro Semiticam ab illo oppressam

ante oculos poni, praesertim quod taurus apud Semitas praecipuum Baalis, summi Dei, symbolum et animal sacrum est [42]). Huic interpretamento uisi id esset contrarium, quod gryphes cervum lacerantes inter monumenta regionum a solo Semitico procul remotarum exstant, ea res opportuna faret, quod in namis de quibus agimus, certamen satis ambiguum inter aricam et semiticam religionem ubique conspicitur.

Sic summo Deo, qui in Cilicia et Sinapae colebatur, moda *Baalis* nomen semiticum, modo *Pharnacis* et *Yazdae principis* nomina arica indita sunt, aiusdemquo simulacrum modo Baali Phoenicio adaptatum est, modo Ahuramazdae zendico, siquidem et figura illa alis circello insertis constans (Cl. B. III.), quam feroërum appellare solent, et simulacrum illud pectore tenus nudum infra alatam (Cl. B. V.) ad Ahuramazdam pertineat [43]) et Baali Tarsensi a parte adversa apposito respondent.

Sic Dea illa, quam supra, uomino arico, Tanaïn s. *Anaïtin* nuncupavimus, in Cilicia quidem *Zoharae* nomen semitice translatum ex arico illo, in Ponto *Menes* nomen et ipsum Babylonicum habuit, ut docent Abd-zoharae et Abd-menii nomina. Atque uti ipsa triplices agit vices in Olympo asiatico fabulisque persico-semiticis, primum virginis castae, purae, strenuae ac bellicosae, tum Sacaeorum festorum reginae mollis et luxuriosae, denique feminae per maria et terras errantis (Dianae persicae Tauropoli); ita triplicem eius figuram nostri numi exhibent: primum Minervae victricis attributis insignem (Cl. A. I. III. IV.); tum Mylittae Babyloniaa ornatu indutam (Cl. A. I.); denique aius caput crinibus spissis ad Arethusae sive Iûs fabulas accommodatum, quod Phoenicibus deberi consectaneum est. Do hac re illustranda bene meriti sunt *Luynesius* [44]) et *Curtius* [45]), nemo tamen de Anaïtidis origine persica, cultu Babylonico et migratione ab Aricis populis ad Semitas melius disputavit quam *Moversius*, cuius iudicia his numis optime confirmantur [46]).

Sic, tertio loco, *Omani* quoque, qui originem una cum Anaïtide proprie e Persia ducebat, in his numis duplex est figura, una Apolliuis instar vaticiniorum artisque magicae praesidis (Cl. A. II. IV.), quam persicam crediderim, quoniam cum nominis Omani etymo optime conciuit (v. infra), altera Herculi similis clava et arcu armati, quae proxima ad Semitarum Herculis cultum accedit (Cl. A. II, Rev. et III).

Num etiam funditor nummorum Pisidicorum (Cl. C.) ad huius cultus orbem attingat, alii videant [47]).

Id solum animadvertendum est, illorum Deorum triadem, quae iterum iterumque in his numis occurrit, *Ahuramazdae, Anaïtidis* et *Omani* (s. Vahumani) e longa numinum aricorum serie a populis *semiticis* electam esse, et praecipue cultam, quo imitarentur ternum illum numerum, qui in omni Deorum patriorum cultu ipsis erat familiaris. Ita sane Babyloniorum Belus, Mylitta, Apollo Chomaeus; Carthaginensium Melcarthes, Astarte, Iolaus; Phoenicum Demarun, Astarte, Adodus; Bybliorum El, Baaltis, Adonis; Tarsensium Perseus, Athene, Apollo, de quibus triadibus *Moversius* [48]) et *Ewaldius* [49]) multi sunt, cultui persico-aramaeo Pharnacis, Anaïtidis, Omani viam praemonstrarunt, unde iterum Africanorum Baal-Hammau

at Tanit profecti sunt, Ponticorumque Pharnuchus, Tanaïs at Pharsiris laviter deflexerunt. Addo, Cilicum numen Cyrannen nihil aliud esso atque *Acaranam* religionis arieae l. o. *Aevum infinitum*. Saturnus, qui, nt arat de doctrina zendica sumptus, huic triadi adiungebatur, uti Semitarum triadi patriae saepe Cronus (Saturaus, Belitan) qnartus adaumeratur [50].

Itaque manifestum est: *populis Semiticis illarum provinciarum incolis cum Persarum imperio religionem arieam iniunctam esse, illos vero, repugnantes nec nisi partem amplexos, peregrina numina, quousque possent, in Olympi patrii ordinem coërcuisse.*

Neque vero solum res divinae ita coaluerant, sed etiam humanae; hominum diversae originis sermo ex utraque lingua, ariea et semitica, compositus eius rei testis est. Populi ariei multa a Semitis sibi sumpserunt, unde ruduscula semitica, quibus lingua pehlevica abundat, nata sunt [51]), nec minorem copiam Semitae ab Aricis mutuati sunt, cuius rei indicia atque testimonia recentiora Chaldaeorum Syrorumque libri scripti [52]), vetustiora numi aramaeo-persici abunde offerunt. Quotquot reperire potui, iam explicaturo et composituro mihi omittenda videntur nomina urbium atque provinciarum, Ninivae, Nisibidis, Tarsi, Ciliciae (נינויא, נצבין, תרז, חלך): haec enim, cum multis ante Achaemonidas saeculis orta sint, dialecti aramaeo-persicae origini atque historiae indagandae inservire nequeunt. Reliqua vocabula, quae huc attulerim, sunt:

Anaïtis, n. pr. Deae, zend. *anâonhaithi* i. o. Nâsatyarum inimica, vel *anâhita* i. o. pura, alba, neopers. اناهيد, ناهيد, Phoenicum תנת, forte numi Nisibeni (Luynes pl. VII, no. 5) -⊏⊏⊏☰ i. e. *Tañth*, compos. e signis 35 et 43 apud Norrisium [53]); conf. *Tanata* ap. Norris. Scythic version p. 159 sqq.

Ariodates, n. pr. viri, zend. *airyôdhâta* i. e. ab Aria datus, chald. אריודתא [54]), aram.-pers. אריודת, v. supra Cl. D. II et III.

Estfedliys, *tributum*, neopers. اسفديج *tributum, vectigal* (de littera *t* elisa cf. Cl. C. II *ΣΤΛΕΓΕΥΣ* pro urbis *Selgae* nomine) [55]) v. Cl. C. I.

Iazda, n. Dei, zend. *yazata*, venerandus, Deus, neopers. ايزد *Ized*, Deus, ut يزدان. Cl. D. IV יזד רש Deus princeps i. e. Ahuramazda qui Arieis *ized princeps* est (v. Brockhaus Vend. s. v. Mazda) [56]).

Mizdya, adject. *mercenarius, stipendiarius*, a nomine substantivo: *mizda*, zend. *mîẑda*, *mizda*, merces, praemium, neopers. مزد v. Cl. B. I. II. et supra pag. 5 מזדי.

Omanus, n. pr. Dei, zend. *vañhumananh* et *vôhumananh*, neopers. بهمن Bahman, proprie „bonam mentem habens“, aramaeo-persic. עמן forsitan in inscr. numi Nisiboni Zeitschr. d. D. M. G. IX, tab. I, no. 9.

Pharnaces, nomen Dei, zend. secundum Benfeyum [57]), *verethragna*, ergo neopers. بهرام: sin proprie *medicum* ost nomen, fortasse indico *Varuna* respondet: Indoscythicis numis est Deus quidam *ΦΑΡΟ* [58]). Aramaeo-persice פרנך et פרנוך scribitur v. Cl. D. III.

Pharnabazus, n. pr. viri quod interdum etiam *Barnabazus* scribitur, composit.

Digitized by Google

a praecedente et rad. *bakhsh*, *bag*, donare, ut sit *sors* s. *donum Pharnacis*. Scribitur פרנבזו Cl. B. IV.

Sîm, *argentum*, neopers. سيم, syr. ܣܐܡܐ, aram.-pers. סם Cl. B. I. An rad. sanscr. *çumbh* candidum esse?

Tiriabazus (sic meliores codd. Latini) vel *Tiribazus*, n. pr. viri, compositum ex nomine stellae Tistrya, quae pazendice *Tiri*, *Trê*, *Tir* audit [59]), et rad. *bag* = *donum Tistryae*. Cl. B. V: תריבזו.

Tirinamus, n. pr. viri compos. ut Tiribazus, Tiridates, e Tistrya et zend. *nemanh*, neopers. نماز *cultus*, *adoratio*. Cl. B. III: תרנמו; hinc forte conflatum n. pr. persicum *Tyrimmas* ap. Arrian. Anab. III, 12

Contra Semiticae voces, quas per numos nostros docemur, sunt hae:

Ba'al, n. Dei, phoen. hebr. etc. בעל, idem supra Cl. B et D.

Zohara, n. pr. Deae, neopers. زُهْرَه, a rad. semit. זהר, = *Splendida* = Anâhita, *pura*, in n. pr. viri Abd-zohara Cl. B. II. זהרא.

Zi, partic. relativa, phoen. זי, aram.-aegypt. זי, chald. et syr. דִּי, דְ, aram.-pers. זי Cl. B. II. cogn. neopers. اَز, ز, part. genitivi [60]).

'Abd, *'Ebed*, n. subst. *servus*, hebr. עבד, v. nomm. propria composita aram.-persica עבדזהרא et עבדמני Cl. B. II et D. I.

'Al, praepos. על, *super*, *iussu* alcs. Cl. B. II. usurpatum ut arab. على.

Meni, n. pr. Deae, Babylon. מְנִי = arab. مَنَاة, a rad. מנה, proprie *distributio*, deinde *distribuens*, *fatum* [61]). Aram.-pers. מני in nom. pr. Abd-moni Cl. D. I.

Rosch, num. ord. *primus*, *princeps* (cf. מלך רש Rex princeps numm. phoenic. Luynes tab. XIII), hebr. ראש, aram.-persice רש Cl. D. IV; nisi forte mavis persic. sassanid. = רוש *rusch* „lux“ zend. *ruc'*, ut יזד רש sit *Deus lucis* = בגרוש apud Mordtmann. Zeitschr. d. D. M. G. VIII, p. 38.

Siglus, n. subst., quo numi nostri aramaeo-persici designantur a Xenophonte Anab. I, 5, 6. chald. שקלא.

Tabalus, n. pr. viri, forte pro *Tabbal* = טבבעל ut טָבְאֵל, aram.-pers. תבלו Cl. A. III et IV. cf. tamen Hesychii glossam a Boetttichero Aric. p. 28 explicatam: *ταβάλα, ταβῆλα, οὕτω ὑπὸ Πάρθων καλεῖται ὄργανον κριβάνῳ ἐμφερές.*

Praeter vocabulorum originem in grammaticam eorum rationem inquirere iuvat. Significantissimum est, pronomina et praepositiones esse omnino semiticas, quae quum inter omnes orationis partes tenacissimae sint ac lentissime ex una lingua in alteram transeant, praecipuam dialecti aramaeo-persicae materiam atque naturam esse semiticam probant. Qua re cognita difficile est dictu, quid sibi velit littera Vav, nominibus propriis tam ariis quam semiticis affixa, ad etymi radicem nequaquam pertinens? Sive enim eam nominativi signum (ut zend. *mithrô* thematis *mithra*, *nemô* them. *nemanh*), sive comparato linguae Lyciae genitivo (*Sukazaô*,

Digitized by Google

Sâmotâô, *Pytazaô* a nominativis in a formatis) et quibusdam formis zendicis, genitivi terminationem esse putas [62]) — profecto aricae est originis, Semitarum insciorum ore plus minusve obriguerat et littera ו pro ô reddebatur, perinde ac in cypriis numis *Salaminis* nomen scribitur סהלמסו (Luynes num. cypriot. p. 20). Itaque non modo תריבזו, תרכבזו, תבלר, sed etiam עבדזהראו post praepositionem על scribitur. Semel tantum עבדזהרו, omisso א, exaratum est, ubi *Abdzoharô* ex Abdzeharao contractum videtur [63]). Ceterum forma זהרא pro hebr. זהרה, arab. et phoenic. זהרה, pers. زُهْرَه, hanc dialectum revera *aramaeis* adnumerandam esse docet: modo *antiquioribus* inquam; nam pron. rel. זי cum aramaeo-aegyptiaco זי et Babylonico inscriptt. cuneat. *zi* melius congruit, quam cum recentiore דִּי. Tanto magis est mirum, quod in provinciis, ubi praecipue Aramaeos expectaveris, in Mesopotamia et Assyria, ipsa ea nomina, quae sine dubio semiticae sunt originis, ut *Nisibis* et *Tabales*, nimis barbare deformata appareant. Nonne hinc concludamus, illarum ipsarum provinciarum incolas aricae potius fuisse stirpis, accuratae linguarum semiticarum cognitionis fere expertes? an haec artificum solorum culpa est?

Denique ut paucis dicam quae de dialecto aramaeo-persica sentiam, habeo haec:

1. *Achaemenidarum temporibus complures Asiae provinciae dialecto utebantur e semiticis aricisque elementis alternata, atque in Assyria Mesopotamiaque superius erat elementum aricum, in Cilicia ac Ponto, quibus Cappadociam facile addes, semiticum, in Pisidia et, quam obiter moneam, Lycia denue aricum, semiticis fere nullis admixtis* [64]).

2. *Semitica huius dialecti pars aramaeam sapit originem.*

3. *Arica pars ad Veterum Persarum linguam zendicam prope accedit, saepius vero formas pazendicas, quin etiam neopersicas admittit* [65]).

4. *Haec dialectus linguae pehlevicae Sassanidarum fuit mater.*

Qui factum sit, ut Semitae illas regiones occuparint, alio loco exposui [66]); erant enim coloni e Babylonia oriundi, maximam partem ab Assyriis transportati, deinde Persarum imperio subiecti.

Itaque hoc loco satis erit addidisse, scripturam quoque persico-aramaeam e fonte Babylonico profectam videri. Neminem enim fugerit, plerisque quos supra tractavimus, numis peculiarem quandam esse scripturam. Omitto quidem pisidicam, graeco alphabeto similem, omitto etiam litteras solitarias quae in ciliciis quidem phoeniciae, in assyriis prorsus singulares sunt [67]), omitto et cuneatam inscriptionem unius Nisibeni. Reliquae litterae, quaequae in his numis inveniuntur, unam quasi familiam constituunt, certis proprietatibus a phoenicia differentem. Harum gravissimae sunt fere hae: 1) litterarum Beth, Daleth, 'Ain et Resch capita superne aperta sunt; 2) litterae Lamed scapus inferior deest; 3) litt. Thau genu dextrum seorsum saepe inflectitur; 4) littera Jod ceteris minor pingi solet. Eadem paene propria et peculiaria originis babylonicae vestigia in duobus monumentorum generibus reperisse mihi videor 1) in *babylonicis*, 2) in *aramaeo-aegyptiacis* eorundem saeculorum monumentis.

Quae res quo melius illustretur, tabulam litterarum confeci (v. Tab. II.), qua singularum provinciarum scripturae genera inter se et cum babyloniis aegyptiacisque comparantur.

Digitized by Google

Prima quidem serie alphabetum *babylonicum* continetur, quod composui litteris 1) laterum babyloniorum (ap. Gesenium M. Phoenn. Tab. 32); 2) hexadrachmorum persicorum Babylone cusorum (v. supra p. 3); 3) sigilli, cuius ectypum antiquarius quidam Armenus mihi communicavit, continentis ab una parte figuram Magi ante aram igniferam ut in cylindris Babyloniis saepe conspicitur, ab altera inscriptionem: שמשיקרבי (v. infra Tab..I, no. 6.) i. e. שֶׁמֶשׁ יְקָרְבִי „*sol pretii mei*" (cf. Psalm. 55, 14 et an. pr. *Sampsiceramus* sol honoris, شمس الدين sol fidei), n. pr. viri, qui hoc sigillum gesserat.

Secundo loco alphabetum aramaeo-aegyptiacum collocavi, quale in lapidibus et papyris a *Gesenio* et *Becrio*[68]) editis invenitur. Quod si viri docti propter linguae scripturaeque rationes Ptolemaeorum aetati haec monumenta vindicant, ego iisdem causis ductus, Aramaismo puta minus puro et characteribus ad aramaeo-persicos valde appropinquantibus, ad quartum fere ante Chr. saeculum atque ad notissimam illam Babyloniorum coloniam, quae Persarum temporibus maxime floruit prope Memphin ea referre malim[69]).

Quae *tertiae* seriei insertae sunt litterae, assyriorum numorum (cl. A) peculiares sunt: ubi duplex apparet figura, prior a numis qui ob habitum omnino rudiorem antiquiores habendi sunt (Luynes III, 1. Gesen. tab. 37, S.) sumpta est.

Quarta series Cilicias, *quinta* Sinopenses reddit litteras (Cl. B et D).

Denique *sexto* loco Palmyrenarum inscriptionum alphabetum apposui, quo certius eius origo cognoscatur: est enim filia paucis saeculis minor scripturae aramaeo-persicae.

Vix a me impetro, quin recentiorem quoque Persarum Sassanidarum scripturam, quae aramaeo-persicae quasi neptis est, huc afferam; sed in hac re, quamvis in universum certa sit, minus utilem collocavarimus operam, donec Arsacidarum scripturae originem et successum luculentius cognoverimus. Etenim hanc proxime profectam esse e litteris aramaeo-persicis neque ulla alia intercedente ipsam Achaemenidarum scripturam secutam esse, ex uno numo Luynesiano (Essai pl. VIII, no. 6) patet, qui ab una parte solitas litteras aramaeo-persicas, ab altera valde inclinatas et quasi currente stilo exaratas praebet hasce: [illegible] i. e. בלכחרן. Verum cum haec nonnisi levia sint vestigia, satius erit ab iis insequendis nunc desistere.

Qua inspecta nostra litterarum tabula pro certo dicere audeam, sunt fere haec: *In compluribus Regni persici provinciis, praecipue Mesopotamia, Cilicia, Ponto, Aegypto, Achaemenidarum temporibus peculiarem quandam scripturam semiticae familiae usitatam fuisse: hoc scripturae genus maxime cognatum esse cum aramaicis, et probabiliter e Babylonico ortum.*

Quaequae de litteris Syris in Asia minore propagatis[70]), de colonis Aramaeis in Asiam minorem traductis[71]), de Babyloniorum ponderibus ac mensuris ibi usitatis[72]), per veteres scriptores aliosqua fontes novimus, hac cum re egregie concinunt; neque alienum est, quod Armeni quoque vetere tempore scriptura Aramaea usi feruntur[73]) atque in nonnullis Phoenices ipsius et Cypri numis scriptura valde similis reperitur[74]).

Quibus rebus omnibus prudenter consideratis rationibusque subductis persuasum mihi est, omnem Asiae tractum, qui inter Assyriae proprie dictae fines occidentales et Pisidiae

Digitized by Google

Lycaoniaeque orientales interest (a 50° l. o. usque ad 61°), a populis aramaeis promiscue cum aricis habitantibus occupatum fuisse, qui duo populi maxime Persis dominantibus in unum quasi confusi sint.

Iam eo redeam, unde orsus sum: volui constituere, quaenam de Regni Achaemenidici dialectis e numis disci possint. Ecce aramaeo-persicam, per florentissimas regni provincias divulgatam! Nonne ea, qua tot hominum millia utebantur, qua milites, duces, satrapae, rex ipse loquebantur, nonne haec, inquam, in omnem veterum Persarum litteraturam atque publicorum monumentorum usum magnam habuerit vim accesse est? Certe si Iudaeis fides habenda est tradentibus [74]) Mordechaeum, Estherae patrem, et Eunuchos portae Regiae, linguae *Tarsicae*, e. Ciliciae, i. e. aramaeo-persicae gnaros fuisse, eius usus ad ipsam aulam regiam satis vetus erat; ideoque ferme pignore certare velim in cuneatis quoque inscriptionibus vocabula semitica cum aricis simili modo atque in numis aramaeo-persicis permixta detectum iri. De secundo litterarum cuneatarum genere vocibus et locutionibus semiticis adsperso nuper Holtzmannius, qua est ingenii acie, quaerere coepit. Mihi vero, ut supra indicavi, ne tertium quidem genus quod Babylonicum appellant, meram dialectum semiticam continere videtur. — Saltem Achaemenidarum tempore Babyloniorum sermo non erat purus et integer. Quae res quamvis difficillima sit iudicatu, propter scribendi rationem valde contortam atque obscuram, nonnullas tamen afferam voces e linguis aricis petitas, quae in textum babylonicum irrepsisse videatur. Notissimum est illud [cuneiform], quod Rawlinsonius [76]) *yakhasaa* legit et significare „e stemmate" voluit, coll. hebr. יַחַשׂ, arab. حَضَن. Verum nemo non videt, illud signum e secundo genere esse petitum, ubi quidem [cuneiform] scribitur ([cuneiform] = [cuneiform]: *S* pro *Sa*) et *nimans* legendum est [77]), quod zendico *nmâna* „*domus*", deinde „*stirpe, gens*", ad litteram respondet [78]). Sic babylon. [cuneiform]. quod certo significat „*fluvium*", a *Rawlinsonio* [79]) vero non explicatum est, sine dubio a medico (quod dicunt) [cuneiform]. sumptum est: hoc vero cum *Norrisio* [80]) *his* leges et me suadente ad radic. zend. *hic* „*irrigare*" [81]) referes. Eodem modo babyl. [cuneiform]. i. e. „auxilio" „ope" (sc. Auramazdae), a *Rawl.* [82]) *as.is.vi* lectum et ad rad. עֵזֶר relatum, mihi potius idem ac med. [cuneiform]. esse, atque *sauvin* [83]) e zend. rad. *çu* „*utilem esse*" auxiliari, *çavanh* „*utilitas*" [84]) explicandum videtur. — Plura eiusmodi afferre possim, sed ne longior sim quam huic loco convenit, neve audacior quam in his rebus licet, ea in aliud tempus differre malim.

Si quid ad Achaemenidarum regni statum accuratius cognoscendum, ad litterarum aricarum semiticarumque historiam melius illustrandam, ad obscura veteris Asiae monumenta rectius explicanda, quota quaeque sit harum paginarum utilitas futura, contulero, causam habebo satis gravem, cur operae meae me non poeniteat.

Digitized by Google

Annotationes.

1) De secundo Inscriptionum cuneatarum genere, quod alii Medicum, alii Scythicum appellant, imprimis certant *Holtzmannius* in Zeitschr. d. D. M. G. Vol. V, p. 145. Vol. VI, p. 35. Vol. VIII, p. 329. et *Norris* memoir on the Scythic version of the Behistun Inscription Lond. 1853. *Hincksii* et *Saulcyi* opuscula sciens praetereo, quia hi Bagistanensem lapidem, omnium praestantissimum, adire non potuerunt.

2) Babylonicum, quod dicunt, genus cum alii, tum *Rawlinsonius* Vol. XIV, p. 1 Diariorum Soc. Asiat. Brit., *Stern*, dritte Gattung der achaemen. Keilschriften Gött. 1850., *Grotefendius*, G. F., passim., nuperrime *Oppertus* cuius opiniones vide Zeitschr. d. D. M. G. VIII, p. 593 sqq., perscrutati sunt.

3) Cf. *Lassen* Art. Persepolis in Encyclopaedia Halensi p. 359: „Dass man nicht allen Völkern lesbare Inschriften setzen wollte ist klar; waren ja doch den Phoeniciern und Kleinasiaten die Keilschriften nicht geläufig, — es galt die Keilschrift gewiss zugleich als eine geheiligte.“

4) *Mordtmann*, Erklärung der Münzen mit Pehlevi-Legenden. Lips. 1854.

5) *Duc de Luynes*, Essai sur la numismatique des Satrapies etc. sous les rois Achéménides. Paris 1848.

6) *Bartholomei*, in Mém. de la société d'archéologie etc. Vol. II, p. 1—80. Petroburg. 1850.

7) *St. Martin*, Histoire des Arsacides Par. 1851.

8) Beiträge zur phoenikischen Münzkunde in Zeitschr. d. D. M. G. Vol. VI, p. 463. IX, p. 69.

9) *Gesenius*, Mon. phoen. p. 74.

10) *Luynes*, satrapies p. 9.

11) *Gesenius*. l. l. tab. 36, G.

12) *Layard*, Ninaveh and its Remains 2. edit. Vol. II, p. 386.

13) *Pinder*, antike Münzen des Kön. Museums. Berol. 1851. no. 411. 412.

14) *Brockhaus*, Vend. sade p. 384. *Boetticher*, Arica p. 76. *Haug*, Zendstudien in Zeitschr. d. D. M. G. Vol. VIII, p. 760.

15) *Layard*, l. l. not. *) „Those in the British Museum were principally found in the bed of the Euphrates, *near Babylon*.“ Cf. quae de navibus Babylonicis p. 382 sqq. disputat.

16) Egregie haec exposuit *Mommsenius* Verfall des roem. Münzwesens p. 212 sqq. quem ego secutus sum in Beiträge l. l. vol. IX, p. 78.

17) Vide de hac re *Boeckhii* Staatshh. d. Athener ed. 2. Vol. I, p. 42.

18) *Luynes*, Satrapies tab. V. et p. 40. 39.

19) Cf. *Lassen*, histor. Persarum in Encyclopaed. Halensi Sect. 3. Vol. XVII, p. 379.

20) *Herod.* III, 99.

21) Locos veterum laudat *Lassenius*, l. l. p. 380: „Neben dem Satrapen standen besondere vom König gesetzte Schatzmeister, damit jener nicht Herr über die Gelder werde.“

22) Tertia species (apud *Luynes*, Satrap. t. II, 1. 2.) ab una parte Baalem Tarsensem, ab altera vero duos viros ex adverso stantes, alterum nudum, alterum vasto amictu vestitum, inter quos arula s. candelabrum, praebet. Luynesii opinio, qui ibi Sardanapalum cum Hercule reperisse sibi videbatur, nimia obscura est, quando Sardanapalum ab Hercule *Assyrio* diversum statuit (Satrap. p. 20). Equidem nudum illum Herculem Semitarum patronum, alterum vero aricum quendam Deum, forse Omanum (cf. Cl. A. IV.) crediderim, utrumque uni cultui (sc. aramaeo-persico) se tradentem, Herculem quasi invitum arae appropinquantem.

23) *Xenophon* Hellen. III, 1, 13. Anabas. 1, 9, 14.

24) *Luynes*, Num. Cypriot. tab. V, 1. pag. 25. — *Mionnet*. T. III, p. 472. no. 141. Suppl. t. VII. tab. IV. no. 1. — *Luynes*, Satrap. t. III, no. 3. — Omnes hi nummi recusi sunt.

25) *Meyerus*, Smyrnensis, cui plurima me debere profiteor, ut professus sum in Zeitschr. d. D. M. G. Vol. IX, p. 69, d. 11. August 1854 de hac re mihi scripsit: Es scheint dass vor 3—4 Jahren ein äusserst bedeutender Fund (zu Caesarea Cappadociae) gemacht worden ist: denn seit dieser Zeit schickt man kleine Partien, die gewöhnlich 10—12 Stck. *Selga mit den 2 Ringern*, 1 *Dernes* und 1 *Tarsus* enthalten.

26) *Xenophon*, Anab. VII, 8, 25. V. Zeitsch. d. D. M. G. Vol. VI, p. 487.

27) *Berosus* ap. Clement. Alex. Protrept. p. 47. ubi Artaxerxes III. quidem nominatur, sed eius nominis secundus intelligendus est, quoniam e *Plutarch*. Artax. c. 27 et inscriptione cuneat. ap. *Norris* Scythic version p. 159 Artaxerxis Mnemonis tempore Anaïtidem iam cultam esse constat.

Digitized by Google

28) *Herodot.* III, 91.

29) *Xenophon* anab. 1, 2, 12. 27.

30) De tempore, quo bellum Cyprium gestum est, egregie disseruit C. *Theiss*, progr. Gymn. Nordhusani 1844, quem in singulis belli annis constituendis lubenter sequor.

31) *Diodor.* XV, 29. 41. *Isocrat* Panegyr. c. 39.

32) *Diodor.* XV, 8. 9. *Theiss.* l. l. p. 8.

33) *Diodor.* XV, 2. cf. ibid. c. 4.

34) *Luynes*, Satrap. tab. I, no. 1.

35) *Diodor.* XIV, 98. XV, 2. *Luynes*, Satrap. p. 17.

36) v. *Stickel*, Handbuch z. morg. Münzk. p. 26.

37) Ne repetam quae alio loco exposui, conferas Zeitschr. der D. M. G. IX, p. 83.

38) *Lassen*, Art. Persepolis l. l. p. 362: „Es muss der angreifende Löwe wieder der böse Geist „sein, Ahriman, der rückwärts heranspringt und vertilgen will; er greift aber den Stier an, die Unterthanen „des Reichs, will die eine Stütze der Macht des Königs vernichten. Der Stier dreht sich aber muthig um „zur Vertheidigung und ist keineswegs geneigt, sich überwältigen zu lassen; es sind die Völker des Perser„reichs entschlossen, in dem stets fortgehenden Wettkampfe der guten und bösen Geister tapfer auf der Seite „des Ormuzd zu streiten."

39) *Schlottmann* Hiob p. 79.

40) Inde ab anno 1236 p. Chr. leo pone quem Sol oriens Regni Persici insigne est et saepissime supra portas aedificiorum publicorum, in vexillis, nummis etc. reperitur.

41) *Zendavesta*, Kleuker. II, p. 363.

42) Ita explices, quod in nummis Tirinam (Luynes Satr. II. no. 9) tauri signum cum inscr. בעל impressum est. Cf. *Movers*, art. „Phoenicien" in Encyclopaed. Hal. Sect. 3. Vol. 24. p. 404.

43) *Schlottmann*, l. l. p. 91. 92: „Die prototypischen Ideen aller Dinge werden als eben so viele „in dem Ahuna vairya zusammenbegriffene ewige *Aussprechungen des Ormuzd* vorgestellt. Die spätere Ent„artung hat dann aus den Prototypen schützende Genien gemacht." Cf. ibid. p. 80.

44) *Luynes*, Satrap. p. 6.

45) *Curtius*, E., in *Pinderi* Beiträge zur älteren Münzkunde Vol. I, p. 234 sqq.

46) *Movers*, Phoenicier Vol. I, p. 616 sqq.

47) Si quis funditorem Herculem ipsum esse putaverit, vel inscriptam vocem *ΕΣΤΓΕΔΙΙΥΣ* comparato zend. *açtvat*, „*existentia praeditus*" et Armenorum nomine Dei *Astovads* (Boetticher arica p. 63. Schlottmann Hiob p. 146) ad divinas res referet, id ingeniose quidem inventum erit, sed vereor ne difficile sit dictu quid tale nomen in his nummis sibi velit. De inscriptione *ΜΕΝΕΤΥΣ ΕΛΥΨΑ* al. *ΕΛΥΨΑΜΕΝΕΤΥΣ* omnino nihil definio.

48) *Movers*, Encyclop. Hal. l. l. p. 384 sqq.

49) *Ewald*, H., phoen. Ansichten v. d. Weltschöpfung. Gött. 1851. p. 22 sqq.

50) *Sanchuniath.* ed. Orell. p. 32: *ἐγεννήθησαν δὲ καὶ ἐν Περαίᾳ Κρόνῳ τρεῖς παῖδες, Κρόνος ὁμώνυμος τῷ πατρὶ καὶ Ζεὺς Βῆλος καὶ Ἀπόλλων.* *Chrysostom.* oratt. XXXIII. T. I. p. 407 Tarsensium Deos refert quatuor: *Ἡρακλῆς, Πέρσευς, Ἀπόλλων, Ἀθήνη.* — *Κυράννη* s. *Κυῤῥάνη* Ciliciam Dea est sp. Suid. et Phot.

51) *Kleuker*, Zendavesta App. I. p. 23—25. — *J. Muller* in Journ. des Savants 1839. — *Houg.* Zeitschr. d. D. M. G. VII, p. 315. — *Mordtmann*, ibid. VIII, p. 10.

52) Maximam exemplorum copiam collegit P. Boetticherus in supplem. lexici aramaici p. 31—59.

53) *Norris*, Scythic version p. 21. 25; sc. [cuneiform] *tak* seu *taũ* et [cuneiform] (omisso solo cuneo finali) *th.*

54) *Esther* cap. IX, 8

55) De vocab. [Arabic] significatione adi *Bianchii* dict. turc-franç. 2. edit. s. voc. — Transitum litterae z zendicae in persicam *h* habes in *hadis* „*sedes*", pers. *hatih* (v. Benfey A.-Pers. Keilschr. glossar. s. h. v.).

56) Litteram י vocabuli יזי in nummo prorsus deletam, de meis addidi, quod unius tantum litterae spatium margine tenus superat: מ (..מזד) quod Mzadae nomen formaret, nolui admittere propter sequentis.

57) *Benfey*, griech. Wurzelwörterb. II, 276. Monatsnam. p. 56.

58) *Benfey* in Zeitschr. d. D. M. G. VIII, p. 466.

59) *Pott*, etymol. Forsch. I, XLIII. *Benfey* l. l. p. 452 et Monatsn. p. 55. 94.

Digitized by Google

60) De usu part. די phoenicio v. *Movers* Encycl. Hal. l. l. p. 440, *Munk* Journ. asiat. 1847. Dechr. ad inscr. Marsil. lin. 1. 3; de aramaeo-aegyptiaco *Gesenius*, Monn. Phoen. p. 229. 237. In inscriptt. cuneat. babylon. particula *sa* genitivo et pronomini relativo exprimendo inservit (*Rawlins*, in Journ. of the R. As. Soc. XIV, I. p. XXXV).

61) *Gesenius*, thes. ling. Hebr. s. h. v. — *Osiander*, Stud. über d. vorislamische Religion d. Araber in Zeitschr. d. D. M. G. VII, p. 497.

62) *Benfey*, Pers. Keil-Inschr. gloss. s. v. Aurámazda. *Fellows*, discov. in Lycia tab. 36, inscr. 10. 12. 13. 16. 17. al. Omnes hi genitivi in do videntur formati a nominativis in *a* ut *Pomdad* inscr. 7, *Payárd* ibid. tab. 23.

63) *Luynes*, Satrap. tab. IV. Abdzohar no. 3.

64) De arica plurimarum Asiae minoris dialectorum indole v. Boetticher, Arica p. 4 sqq. Pergaeorum, i. e. Pisidarum dialecto paucissima semitica admista videri, observat idem p. 6. De Sidetarum lingua memorabilis est locus Arriani, Alex. exped. I, 26: *εἰσὶ δὲ οἱ Σιδῖται Κυμαῖοι ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος· καὶ οὗτοι λέγουσιν ὑπὲρ σφῶν τόνδε τὸν λόγον· ὅτι ὡς κατῆράν τε ἐς τὴν γῆν ἐκείνην οἱ πρῶτοι ἐκ Κύμης σταλέντες καὶ ἐπὶ οἰκισμῷ ἐξέβησαν αὐτίκα τὴν μὲν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐξελάθοντο, εὐθὺς δὲ βάρβαρον φωνὴν ἵεσαν, οὐδὲ τῶν προσχώρων βαρβάρων, ἀλλὰ ἰδίαν σφῶν, οὔπω πρόσθεν οὖσαν τὴν φωνήν· καὶ ἐκ τότε οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους προσχώρους Σιδῖται ἐβαρβάριζον.* Quae antiquissimorum graecorum Asiae colonorum fuerit inopia virium, quando nationes indigenas superandae erant, hoc exemplo nobis persuadetur. — Quidquid semiticae originis in his regionibus exstitit, ut Solymi, Mariandyni, Lydi feruntur, id multis ante Persas, quin ante Assyrios saeculis huc venisse videtur.

65) Cf. יזד z. *yazata*; *tiri* תירי zend. *tistrya*.

66) Zeitschr. d. D. M. G. IX, p. 90. 91.

67) Singulare est quod solitariae litterae aliud scripturae genus quam quo inscriptiones exaratae sunt, offerunt: in Ciliciis litt. ח et צ capite clausa habere solent (Luynes tab. IV, no. 2: חרם, no. 4: צ, no. 5: ח, no. 6: מר), dum in iisdem eaedem litterae superne apertae sunt in inscriptione בעלתרז; litt. א solitaria in numo Abdzoharae (Luyn. 4.) simili modo differt ab א in nomine עבדזוהראר. — Nisibenorum litterae solitariae interdum quidem cum Cypriis (v. *Luynes* Cypr. tab. II, no. 6. 9. comparatis *Luynes*, Satrap. tab. III, no. 6. Zeitschr. d. D. M. G. IX. Tab. I, no. 6—8) conveniunt; saepius tamen ab his aeque ac scriptura aramaeo-persica differunt. Num Nisibenum illud קעמ' (Zeitschr. l. l. no. 1—3) ad *Commagenen*, עמ' (ibid. 4. 5. 11) ad *Amanienses* (Mionnet, Descr. tom. III, p. 550), בא (ibid. 6—8) ad *Batnas*, quippe civitates illius satrapiae, a quibus singuli numi cusi sint, referri possit, obiter quaesivarim. — Quae in Pisidicis conspiciuntur litterae solitariae, quarum e numero ingenti afferam has: *Π, ΠΟ, FK, KF, Σ, ΣΑ, ΣΚ, ΕΣ, FN, ΑΜ, Φ, ΦΟ, ΙΟ, ΕΚ, ΑΦ* (Mionnet t. III, p. 518 sqq. Suppl. VII, p. 132. — in sola Meyeri collectione 46 exempla vidi), urbium nomina vix indicant; an forte magistratuum sigla sint, ignoro.

68) *Beer*, E. F. F., inscriptt. et papyri veteres semit. Lips. 1833. — In Beerii Schedis in bibliotheca Univers. Lipsiensis asservatis duo fragmenta, quod sciam, inedita papyrorum aramaeo-aegyptiacorum exstant. Tertius, satis longus, sed adhuc interpretatione carens, in *Silvestre*, paléographie universelle, libro rarissimo, Vol. I. fol. 123 editus est.

69) *Movers*, Phoenic. I, pag. 72. not. cf. Herod. 4, 166 et *Luynesium*, Satr. pag. 94 de numis Aryandis disserentem.

70) Cf. *Hoffmann* Gramm. Syriaca p. 6 annot. 2. pag. 62 ann. 2.

71) Zeitschr. d. D. M. G. IX, p. 90. 91.

72) Ibid. p. 79. coll. vol. VI, p. 472 sq.

73) *Moses Choren.* hist. arm. I, 2.

74) *Luynes*, Satrap. tab. XIV.

75) R. *Salomon* apud *Calmberg*, lib. Estherae p. 41.

76) *Rawlinson*, Journ. of the Asiat. Soc. Vol. XIV. P. I. pag. IX.

77) *Norris* Scyth. vers. p. 196. = sonum syllab. *man* habet in nominibus Achaemenis et Imama (cf. ibid. p. 30).

78) *Burnouf* Yazna p. 186.

79) *Rawlinson*, l. l. Analysis p. 11.

80) *Norris*, l. l. p. 190.

81) *Brockhaus*, Vend. gloss. p. 495.

82) *Rawlins.* l. l. p. XXXVI. alias legit *as.yas.mi.*

83) *Norris* l. l. p. 209.


84) *Spiegel*. Zeitschr. d. D. M. G. III, p. 246.

VA1 1544388

Digitized by Google

Tab. I.

No 1



No 2




No 3



No 4



No. 6



No. 5.





Digitized by Google

Digitized by Google

Hebr	Babyl	Aramaeo-aegypt	Aramaeopers. Assyr.	Aramaeopers. Cilic.	Aramaeopers. Sinop.	Palmyr.
א	𐡀	𐡀	.	𐡀	𐡀	𐡠
ב	𐡁 𐡁	𐡁	𐡁 𐡁	𐡁	𐡁	𐡡
ג	.	𐡂	.	.	.	𐡢
ד	𐡃	𐡃	.	𐡃	𐡃	𐡣
ה	.	𐡄	.	𐡄	.	𐡤
ו	.	𐡅	𐡅	𐡅	𐡅	𐡥 𐡥
ז	𐡆 𐡆	𐡆	𐡆	𐡆	𐡆	𐡦
ח	.	𐡇	.	𐡇		𐡧 𐡧
ט	.	𐡈			.	𐡨
י	𐡉	𐡉 𐡉	𐡉	𐡉 𐡉	𐡉	𐡩
כ	𐡊	𐡊		𐡊	𐡊	𐡪 𐡪
ל	𐡋	𐡋	𐡋	𐡋	𐡋	𐡫 𐡫
מ	𐡌 𐡌	𐡌	.	𐡌	𐡌	𐡬
נ	𐡍	𐡍	𐡍	𐡍	𐡍	𐡮 𐡭
ס	.	𐡎	𐡎	.	.	𐡯
ע	𐡏 𐡏 𐡏	𐡏	.	𐡏	𐡏	𐡰
פ	.	𐡐	.	𐡐	𐡐	𐡱
צ	.	𐡑	𐡑		.	𐡲
ק	.	𐡒		.	.	𐡳
ר	𐡓	𐡓	.	𐡓	𐡓	𐡴
ש	𐡔	𐡔	.	.	𐡔	𐡵 𐡵
ת	𐡕	𐡕	𐡕	𐡕 𐡕	𐡕	𐡶

de. G. Blau

Lith. Anst. v. J. G. Bach Leipzig



Digitized by Google

Digitized by Google

VITA AUCTORIS.

Petro Friderico, matre Amalia, e gente Liboria natus sum ego Ernestus Fridericus Hermannus Blau, Nordhusii provinciae Saxoniae, die XXI. m. Aprilis a. MDCCCXXVIII. Primis litteris a patre ipso imbutus, anno aetatis quarto decimo in Scholam Portensem receptus sum, ubi primos orientalium litterarum amores, egregio duce Steinhartio, me concepisse profiteor. Inde sexennio absoluto dimissus, Academiam Fridericianam Halensium petii, et fere totum me linguarum litterarumque orientalium studio tradidi. Praeceptores praestantissimos, quorum mihi semper gratissima erit memoria, habui Roedigerum, Pottium, Hupfeldium, alios, quibuscum latum Asiae Africaeque orbem peragravi, Rossium et Dunckerum, quibus ducibus ex oriente occidentem versus migravi, Meierum Bernhardyumque, qui ad immortales mortuarum linguarum flosculos carpendos me conduxerunt. Post quinque spatia semestria Halis relictis, Lipsiam me contuli, ut Fleischerum, celeberrimi linguarum orientalium praeceptoris, scholis interessem. Inde militaria Augustissimi Regis Borussorum signa secutus per annum MDCCCLI in re tormentaria haesi. Deinde anni MDCCCLII, postquam partem Halis, Lipsiae, Berolini studiorum pergendorum causa degi, partem Treboniaci in aedibus V. Exc. de Bruenneck, cuius filium educandum susceperam, Octobre mense iterum Lipsiam reversus, Annalibus Societatis orientalis germanicae edendis per aliquod tempus praefui. Cui muneri desiderio ocius erepturo exeunte eodem anno me V. Exc. Baro de Manteuffel, Regis Borussorum Ministerii summus praeses, qua est erga me benevolentia, huc Constantinopolin misit, ubi nunc Regiae Legationis Cancellarii vice fungor.

Denique hoc loco, quae de variis orientalium litterarum materiis scripsi, omnia in Annalibus Soc. Orient. Germ. inserta, afferre liceat:

Ao. MDCCCXLIX: de inscriptione Erycina;
„ MDCCCLI: de scriptura nomadica;
„ MDCCCLII: Regum Bornuensium Chronica a Berthio missa edidi;
„ eodem: de numis quibusdam phoeniciis P. I;
„ MDCCCLIII: de nonnullis Mscc. libris Constantinopoli asservatis;
„ MDCCCLIV: de historia Schebabidarum et Maanidarum, Syriae principum;
„ MDCCCLV: de numis phoeniciis Part. II;
„ eodem: de inscriptionibus Petrae nuper repertis.

Praeterea anno MDCCCL de lingua Punica eiusque cum Hebraea cognatione scripsi, quaestionem ab Amplissimo Philosophorum Halensium Ordine praemio ornatam, neque vero publici iuris factam.

Nunc pro summis in philosophia honoribus rite impetrandis de numis Achaemenidarum aramaeo-persicis disserui, idque opus virorum doctorum aequo iudicio commendatum volo.

Scribebam Byzantii calendis Martiis MDCCCLV.

OTTO BLAU.

Digitized by Google